



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Quædam aliæ Exco[m]municationes Pap[a]e reseruatae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\**Nau. l. c. nu. 73. Vual. nu. 138.*

17 Concessis omnibus casibus huius Bullæ intelligitur etiam concessus casus hæresis. Ita declarauit sacra Congreg. Sed aduerendum cõcessionem eiusmodi singulis annis reuocari cum amplissimis derogatorijs, dum hæc Bulla in die Cœnæ Domini promulgatur.

*Quædam alia excommunicationes.  
Papa reseruata.*

1. **S**I quis Clericum percutiat. 17. q. 4. *Si quis suadente*, excommunicatur. Clericum intellige etiam primæ tonsuræ, & Religiosum etiam Nouitium, non autem quemuis Eremitam aut Inclusum, aut Clericum degradatum realiter, vel ob incorrigibilitatem depositum, aut hæreticum. *Vide Nau. c. 27. n. 80.*

\**Vide de hac re Nau. l. c. à n. 75. Vual. l. c. à nu. 126. Sayrum.*

*Nau. c. 27. nu. 79. Sayrus l. 3. c. 26. 27. Tol. l. 5. c. 8. nu. 9.* Clericum se ipsum verberantem. nõ putat incidere: quia can. loqui videtur. de tertia persona: contrarium docet *Nau. c. 15. nu. 11. Caiet. vers. excomm. c. 10.*

2 Non incidit qui non violenter tangit, (quale non est crumenam furari) *c. Cum quis de sent. excomm. in 6.* mandans, & ratum habens factum eius nomine incurrit, nec qui ignorabat esse Clericum, nec si talis sit percussio, vt in laicum facta non esset mortalis; nec qui

CUOR-

enormibus deditum relicto habitu, & tonfo-  
ra percutit, nec qui causa correctionis facit,  
pater, præceptor, aut Dominus, aut aliquis  
propinquus, vel senex; nec qui ad rei suæ vel  
alterius defensionem: nec qui repertum loco  
suspecto cum vxore sua, aut matre, aut filio,  
aut sorore percutit.

\*Vide *Sot. d. 22. q. 1. art. 3. Nau. l. c. nu. 50.*

3 Episcopus potest absolvere legitime im-  
peditum ne possit Papam adire, aut foemina-  
m, senem, egrotum, impuberem, pauperem. Qui  
verò in impubertate percussit, etiam poli-  
cam potest ab Episcopo absolui, nec tenet-  
ur Papam adire.

*Sot. l. c. in fine, Nau. num. 88.*

4 Potest & quemuis absolvere si leuis fuit  
percussio: quod eius iudicio relinquitur. Le-  
uis quidem censetur, si fiat palma, pugno, pe-  
de, ligno, aut lapide non relincente vestigi-  
um, aut multam capillorum euulsionem.

\*Vide *Nau. l. c. nu. 90. & extrau. perlecti Sayr. l. c. infra num. 28.*

5 Potest & suos Clericos collegialiter viu-  
entes, si percutiant non enormiter; itemque  
Prælatus Religiosos.

\**Nau. l. c. Sayrus l. 3. c. 28. num. 35.*

6 Putat Sotus, pueros Clericos se inuicem  
percutientes vsque ad sanguinis è naribus ef-  
fusionem, etiam in Ecclesia, non esse excom-  
municatos: quod mihi prudens dictum viden-  
tur.

tur, quando ex circumstantijs iudicatur non peccare mortaliter: certè tales non absolute, sed castigatione purgandi.

\**Sol. l. c. ar. 2. cas. 1.*

7 Incendens studio, maloque animo locum sacrum, postquam fuerit per Episcopum excommunicatus, & denunciatus, à solo Papa absoluitur. Vide *c. Tua. de sentent. Excom.*

8 Itemque effractor simul & spoliator loci pii, autoritate Episcopi ædificati, postquam fuerit nominatim denunciatus excommunicatus. Vide *c. Conquestus, eo ti.* Non effringit autem, qui claue aperit.

9 Religiosus qui non est Parochus; si extra mortis articulum sine licentia Parochi, vel eius Vicarij, præsumit illius subdito ministrare Eucharistiam, aut extremam Vnctionem, vel matrimonium solemniter, (& hunc postremum Conc. Trid. vult etiam esse suspensum, quamdiu volet Episcop<sup>o</sup>) vel absoluere ab Excommunicatione Iuris, à qua nõ possit. vide *Clem. 1. de priuil.* Requiritur præsumptio, itaque excusat ignorantia, aut causa probabilis.

\*Vide *Nau. c. 21. nu. 52. c. 27. nu. 102. Sua. nu. 72. sess. 2. Caiet. excom. c. 64. Syl. excom. 7. cas. 14. Viual. de excom. vn. 19.*

10 Domini interdictum violantes, & quicunque publicè excommunicati aut interdicti, nominatim moniti dum celebrantur diuina Officia, & de Ecclesia exeant, in ea remanere præ-

præsumunt. *Cap. Grauis. de sent. excom.*

11 Exenterantes mortuos, vt alibi sepeliât, nisi fiat iusta de causa, vt in cadauere Regis, aut ne foeteat, aut causa Anatomix, aut quia mortuus apud infideles, &c. *Extrauag. De fraudandis; de sepult.*

12 Dantes aut accipientes aliquid ex pacto ob ingressum Monasterij. *Vide Extra. 1. de Sim.* Intellige verò nisi sit consuetudo accipiendi, aut accipiat bona intentione: requiritur enim præsumptio. Sunt verò exceptæ Moniales, per quosdam Pontifices.

\**Vide Diony. Cart. de simonia, Nau. l. c. nu. 106. Sot. lib. 9. q. 6. art. 3. ad 4. Vgolinum de simonia tab. 1.*

13 Simoniaci reales in Ordine, aut beneficio, & mediatores, *Extrau. Cum detestabile, de Sim.* Dantes solum consilium, vel auxilium, non censent quidam mediatores dicendos. *Vide SIMONIA.*

14 Professæ egressæ è Monasterio nisi causa incendiij magni, aut lepre, aut pestis, probata per Superiorem, & Episcopum, itemque licentiam dantes, comitantes, & recipientes. *Pij Bulla.* Egressa autem non dicitur, quæ iusta aliqua de causa nunquam est ingressa.

\**Pij V. 3. Quæ est 100.*

15 Intranses Monasteria Monialium sine urgenti necessitate, & ipsæ recipientes. Item foemine intranses claustra Regularium.

qui recipiunt. Greg. XIII. Non videntur autē incidere, nisi qui intrant prætextu alicuius licentiæ datæ à Superiore. Consulatur tamen vsus, qui legem solet interpretari.

\*Greg. 3<sup>o</sup> q<sup>o</sup> 2<sup>a</sup> est 36.

16 Ad duellum admittentes, prouocantes, permittentes, interessentes, facientes, dantes auxilium, consilium, aut fauorem. Excipiuntur verò Reges, in Bulla Pij IV. comprehenduntur verò in *Conc. Trid. sess. 25. c. 19.* Vide extensionem in *Constit. Greg. XIII. & Clementis VIII.*

*Excommunicationes nulli reseruata.*

1. **P**otesates sæculares imponentes tributa Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis, si moniti non desistant. *Capit. Non minus, de immuni. Eccl. Oportet verò monitionem habere competentem dilationem. Vide supra in Bulla Cœnæ.*
2. Extorquentes gabellam per se, vel per aliū ab Ecclesiasticis, aut ab eorum rebus nō portatis ad negotiandum. *Cap. Quanquam de censib. lib. 6. Non est autem negotiari, bona sua vendere.*
3. Domini temporales prohibentes subditis vendere sua Clericis, aut præstare officia *Capit. finali de immuni. Eccl. lib. 6.*
4. Facientes seruari statuta aut consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, id est,